celebrantis et proximum sed per quo celebratur. Hec autem suffragia non prosunt dampnatis quia illi non meruerunt ut possent eis prodesse, nec etiam vivis iam in patria quia illi non indigent. Et ideo sicut per eis gratiarum actiones sed tamen prosunt hiis qui sunt in purgatorio quia illi meruerunt ut eis prodesse possint et etiam eis indigent. Et quia suffragia huiusmodi sunt virtute finite, ideo quamvis ab aliquibus fiunt pro defunctis specialiter tunc tamen valent ei pro quo fiunt ad liberacionem pene, tamen quantum ad gratulationem et interiorem consolationem secundum quod unitur in caritate communis de bonis alterius gaudens sic valent omnibus in caritate existentibus. Et plus ei qui est in maiori caritate.

## Pusillanimitas

Nominat pravitatem cum retrahentem hominem a magnis faciendis sive necessariis et possibilibus tamen preter vires. Et quia unicuique rei inest naturalis inclinatio ad exequendam actionem commensuratam sue potentie, ideo quod homo recusat per pravitatem cum tendere in actionem commensuratam sue potentie est contra inclinationem naturalem et est per huius peccatum, quia sic contrariatur legi naturali, et ideo pusillanimitas est peccatum vel et opponitur magnanimitati, 24. in suo tractatu contra sedentem per timorem pusillanimitas et est magis peccatum quam presumptio quia per ipsam recedit homo a bonis quod est pessimum. Ut dicitur 4° ethicorum. Opponitur autem magnanimitati quia sicut magnanimus ex animi magnitudine tendit ad magnum, sic pusillanimus ex animi pravitate retrahit se a magnis.

## Rapina

Proprie dicitur cum violenter aliquis a parte rapit res alienas unde cumque excepto loco sacro vel res ecclesiastica, quia tunc dicitur sacrilegium. Est autem magis peccatum rapina quam furtum, quia vel quia hic raro peccat praeter involuntarium ex parte eius cui aufertur, magis autem involuntarium est in rapina quam in furto, quia in rapina est involuntarium per violentiam, in furto autem per ignorantiam. In rapina et non solum fit violentia sed etiam ignominia fit persone quam preponderat fraudi vel dolo quod fit in furto. Declarandum autem sequitur est nondum quod ad bellum iustum quando requiruntur. Primo est persona ut sit secularis cum sit licitum pugnare non ecclesiastica. Unde dicit hoc vo lo bellum. // Secundo est res

ut .s. sit pro rebus repetendis vel
pro defensione patrie .23. q. 2. c. 1.
Tercio ex causa ut .s. propter necessitatem pug-
net ut per pugnam pax acquiratur
Ut ibidem dicitur c. noli. Quarto ex
animo ut non fiat propter odium vel
cupiditatem ut dilectionem sed propter caritatem
te iusticiam et obedienciam ut eadem
q. dicitur. Quinto ex auctoritate quia
princeps potest movere bellum si non
habet superiorem coram quo prosequi pos-
sit iusticiam Et nullus potest mo-
vere bellum sine auctoritate principis
Ut dicitur supra vocabulo bellum Ubicumque
quis per aliquem rem. Immo suam et
suis sui consequi non potest licitum
est auctoritate superioris arma
movere et bellum indicere ad re-
cuperandum sua .23. q. 2. Tamen si
principem supra se habeat eius
auctoritate hoc faciat aliter non
ut ibidem dicitur. Et nota quod militi-
bus solum licet ad preceptum domini
bellare cum bellum sit ex iniusto
ut probabiliter dubitat utrum
sit iustum vel iniustum Coacti
vero et amici et stipendarii non
sic excusantur quia dubium est
an sit bellum iustum sicut excu-
santur subiecti quos non excusat
eos bona obediencia Sciendum est
quod quandoque bellum est iniustum ex modo
ex auctoritate et ex aliis condi-
cionibus sed est iustum ex re quia s.

res repetitur tunc ille qui rapuit non
tenetur restituere vel alter ultra debitum deper-
ierit vel ille ei postmodum
restituerit Vide de illis autem qui restituerunt
restitucionem rerum raptarum dicitur supra voca-
bulo restitucio 2a 2e. q. 175. ar. 1.

## Raptus

Inventionis mee

Est hic loquimur de raptu non ut
species luxurie quia de hoc dicitur supra Vocabulo
luxuria Sed de raptu quo mens rapi-
tur ad divina Unde autem mens tunc rapi-
tur per abstractionem a sensibilibus
movetur ad intelligendum aliqua que virtute
sua supra modum solum naturalem sed ante per
sensibilia intelligere / dummodo hoc non fiat
virtute propria ut in sompno nec
ab aliqua causa corporali nec tamen
aliquando per infirmitatem in aliena
rapitur neque ex virtute demonum
ut est in arrepticiis / sed ex virtute
divina per sanctum s. aliquis spiritu divino ele-
vatur ad aliqua supra naturalia cum abstrac-
cione a sensibilibus Et hoc quidem
non est contra naturam hominis / immo ad eius
dignitatem pertinet elevari ad divina /
eo quod sit ad ymaginem dei factus
modus tamen est supra naturam ipsius Talis
autem raptus quia ad id mens aliquis ra-
pitur solum pertinet ad vim cognitivam
Raptus non est per propria inclinacionem
eius quod rapitur. Vis autem appetitiva
ex se inclinatur in bonum appetibile / Unde
ex hoc quod homo aliquid appetit non rapitur
sed per se movetur Verumptamen quod causa

raptus potest esse ex parte appetitus
Nam ex vehementia ponderis ap-
petitus in aliquod potest ipse ab omnibus aliis
alienari / sermo tamen hic est in virtute
appetitiva, cuius aliquis delectatur in
hiis ad que rapitur // Sciendum vero
quod beatus paulus in raptu vidit divinam
essenciam / ut vult beatus Augustinus //
Audivit . i . archana verba que
non licet homini loqui // Hec autem sunt ea
que excedunt statum vie / et pertinent
ad statum beatorum / non tamen fuit tunc
spiritualiter beatus / sed tunc habuit quendam
actum beatitudinis / quia lumen glorie non
fuit in eo per modum forme imma-
nentis sed per modum passionis transeuntis
Fuit autem raptus ad tercium celum
i. ad locum beatorum / qui locus dicitur tercium
celum respectu celi syderei et respectu celi aquei
sive cristallini // Vel per tercium celum
potest intelligi visio supermundana
que dicitur tercium celum triplici racione . Primo
racione ordinis potenciarum ut prima visio
sit sensitiva corporalis / secunda ymaginaria tercia
intellectualis // Secundo racione ordinis
intelligibilium / ut primum cognoscitur sic
corporum celestium secunda creaturarum spiritualium tercia
cognicio ipsius dei // Tercio potest cognicio
dei dici tercium celum secundum gradum cognicionis
qua deus videtur / quorum primus
pertinet ad angelos supreme ierar-
chie secundus ad angelos medie / tercius
ad angelos supreme ierarchie
Et quia ex tali cognicione sciebatur

delectatio / ideo dicitur se raptum in
paradysum // Postquam autem cessavit
videre deum per essenciam / memor
fuit illorum que in illa visione
cognoverat per aliquas species intelligibiles
spirituales ex hiis in eius intellectu
relictas . Unde totam illam cognicionem
quam cognoverat potuit aliis ex-
primere // In tali autem raptu anima
eius non fuit a corpore separata
ita quod dederit corpori esse vivum
quod est formaliter per animam quia in rap-
tus status non mutatur / erat tamen
separata a corpore quantum ad hoc quod ac-
tualis conversio eius ad fantasma-
ta vel sensibilia per raptum fuit
sublata ne impediretur elevacio
mentis in id quod excedit omnia fan-
tasmata . Unde toto tempore rap-
tus mens eius fuit alienata
a sensibus / quia ad hoc quod mens totaliter
in deum feratur / necesse est quod a
fantasmatibus abstrahatur
mediantibus quibus deus videri
non potest / secus autem est in statu
patrie / quia tunc fiet redundancia
ab interioribus in inferiores vires /
Unde ibi secundum ipsum intantum divine
visionis mens intendet et
fantasmatibus et sensibilibus
In statu tamen vie vires anime
vegetative quia non operantur

ex intencione anime sicut vires
spirituales sed per modum nature et passionis
non minuunt intencionem anime cum
intellectiva contemplacio est abstrac-
cio ab eis ad raptum non requiritur
Illud autem quod ipse apostolus dicit, sive
in corpore sive extra corpus nescio,
non est sic intelligendum quod igno-
raverit an corpus suum raptum fuerit
vel non. Dicitur enim raptus fuit ad
tercium celum, id est ad celum ut sciuit
esse incorporeum et spirituale, et
tunc sciuit corpus suum illuc non
potuisse deferri. Aliter sciuit illud
esse corporeum, et tunc sciuit quod anima
non potuit illuc sine corpore rapi
nisi separetur a corpore, sed est intelli-
gendum quod dubitavit utrum anima
eius tunc fuit in corpore vel non.
De quo et in ipso raptu et etiam
postea dubitavit, dicit enim se
ante annos xiiii raptum, et tamen in presenti
nescire an in corpore vel extra
corpus. In secunda secunde q. 81 ar. 1.

**Religio** nominat virtutem
et nominat statum. Ut autem
nominat virtutem, sic est quedam virtus
ordinans nos ad deum. Et dicitur
a religando, quia per ipsam ad deum
debemus religari, id est et deum reeli-
gere quem peccando amisimus. Unde
principalis actus religionis est
reddere honorem debitum deo.

Et quia magis de propinquo accedit ad
deum quam alie virtutes morales,
operatur enim ea que directe et immediate ordi-
nantur in divinum amorem, ideo preeminet
inter omnes alias virtutes morales. Re-
ligio autem ut nominat statum, sic dicitur sta-
tus quidam perfectionis, nominat enim tota-
lem inhesionem deo. Ita religiosi
dicuntur sic mancipati divino servicio, nec
tamen est quod omnes religiosi sint perfecti, sed quod
ad perfectionem tendant, quia religio nominat
statum perfectionis ex intencione finis.
Et quia religio ordinatur ad perfectionem
caritatis ut ad finem, qui autem operatur propter
finem non est necessarium quod ipsum iam sit
assecutus. Ideo religiosi non tenentur
habere perfectam caritatem, sed tamen ad eam
tendere que ad perfectam caritatem sequitur,
ut scilicet benedicat maledicenti sibi, sed
tamen tenetur ad eam tendere et eam non contemp-
nere, quia vniversaliter debet facere quod potest secundum con-
dicionem sui status. Et similiter non tenetur
ad omnia exercitia quibus ad perfectionem
venitur, sed ad illa determinate que sunt sibi
taxata in regula quam professus est.
Tenetur tamen ad omnia consilia ex quorum
pretermissione tota vita hominis secularibus
negociis implicaretur, ut puta in matrimonio
et similibus, in aliis non tenetur. Sunt autem
tria principalia religiosorum vota, que
sunt paupertas, castitas et obediencia.
Paupertas enim pro tanto necessaria est
in religione, quia religio est status
perfectionis acquirende. Hec ~~tamen~~ autem
perfectio acquiritur per voluntariam

paupertate ad hoc enim ut homo perfectionem
caritatis acquirat necessarium est quod affectum
suum abstrahat ab omnibus mundanis
possessionibus. Possessio autem rerum munda-
narum allicit animum ad sui amorem.
Et ideo ad perfectionem religionis necessario
requiritur paupertas. Unde Matthei .19. Si vis
perfectus esse vade et vende omnia que habes
et da pauperibus. // Castitas autem sive
continentia similiter requiritur ad perfectionem
religionis, quia sine ea non potest homo totaliter
frui in divinum servicium quod ad perfectionem
religionis pertinet. Nam actus venere-
orum per vehementiam sue delectationis
abstrahit mentem ne totaliter in deum
feratur. // Obediencia autem similiter
necessaria est in religione quia religiosi
debent tendere in perfectionem ut in finem
et huic autem fini necesse est eos ab
hiis dirigi quia oportet quod per directionem alicuius
in dirigendo scientioris quod est per obedienciam
ad suos prelatos. Nec coactio tollit
religiosis racionem meriti quia non est coactio
simpliciter sed est quedam libertas voluntatis pro-
cedens ex prima libera voluntatis oblacione.
Ideo tantum autem ad perfectionem religionis re-
quiritur quod hec tria cadant sub voto. Re-
ligiosi enim debent esse in statu perfec-
tionis. Ad statum perfectionis requiritur
obligatio ad ea que sunt perfectionis que
fit deo per votum. Etiam ad perfectionem
non solum sufficit deum sequi sed et requiritur
ad hoc immobilitas secundum illud Luce .9. Nemo
mittens manum suam ad aratrum
et respiciens retro aptus est regno
dei. Etiam perfectio requirit quod homo

totam vitam suam deo offerat. Sed quia
ipsa vita in successione est non potest facere
nisi in voto, quod totam vitam suam deo
offerat in holocaustum acceptissimum.
Et congrue in hiis tribus consistit per-
fectio religionis. Religio enim habet tria
primo tendenciam in caritatis perfectionem
secundo animi quietacionem, tercio holocausti
oblacionem. Primo tendenciam in
caritatis perfectionem impedit exteriorum
bonorum cupiditas, quam excludit
paupertas, delectacionum sensibilium et
precipue veneriorum impulsus quod exclu-
dit castitas, et voluntatis inordinacio
quod excludit obediencia. Secundo autem
sollicitudo mentis quietacionem impedit rerum exteriorum
dispensacionis quod excludit paupertas,
per gubernacionem uxoris et filiorum
quod excludit castitas, et dispositionem
actuum propriorum quod excludit obediencia.
Tercio autem holocausti oblacio per hec
tria perficitur. Offert enim homo deo
per paupertatem bona exteriora, per continen-
ciam bona proprii corporis, et per obedienciam
bona proprie voluntatis. Inter hec autem
vota ipsum votum obediencie est potis-
simum, propter tria. Primo quia melius
bonum, propria voluntas, per id deo of-
fertur quam per alia. Et ideo quod fit ex
obediencia est magis deo acceptum quam
quod ex propria voluntate. Secundo quia obediencia
continet sub se alia vota sed non econverso.
Tercio quia obediencia est propinquior
fini religionis, et per consequens est religioni
et perfectioni essencialior. Unde si aliqui
votum ut vota observentur sine

obedien no ppter hoc cit stat religiois
q pfitur et ipi virginitati ex voto
obseruate. Ut dicit Augus. omnes
subditi tenent suis prelatis obedire
Dixi volo Obedien. Sciend vero
q in regula continetur aliqua dupliciter uno
sicut finis regule. puta ea q ptinet
ad actus virtutu / et hec ut cadunt
sub precepto ad mortale / q vero non
cadunt sub precepto ad mortale
no obligant nisi ratione contempt. Quia
religiosus no tenetur ee pfectus / sed ad
pfectum tendere / cui repugnat contempt
Alio modo continetur aliqua in regula ptinens
ad exterius exercitium / sicut sunt omnes ex
teriores obseruancie / et harum quedam cadunt
sub voto pfessionis ut tria vota
predicta / alia vero omnia ad hec ordinantur
Unde transgressio istorum triu obligat
ad mortale / aliorum aut no nisi ratione contemp
tus q pfessioni contrariatur / ut nisi ea
cadant sub precepto superioris vel
regule qr hoc esset facere contra votum
obedien. Sciend est q peccatum re
ligiosi pt esse grauius peccato no re
ligiosi tripliciter ratione. Primo cum facit
contra votum / sicut si fornicetur / secundo
si ex contemptu peccat qr ex hoc videtur
ingratus esse dei beneficiis q p alijs
adeptus e. Tercio ratione scandali / qr ad
vitam eius plures respiciunt / si tamen no
ex contemptu sed ex infirmitate facit
peccatum q no e contra votum suum et sine
scandalo leuius peccat / qr si leue
e peccatum bonorum eius operum absorbent

Si quando faciliter resurgit pp intencionem
q hz erectam ad deum / et pp societatem
q ipsi auxilium e ad resurgendum. Re
ligiosus tamen no ex infirmitate sed
ex contemptu peccans pessimus ef
ficitur. Religiosi no debent tenere
negocia secularia pp cupiditatem / quia
canones hoc prohibent / possunt tamen pp
caritatem de licencia superiorum suorum se
talibus immiscere moderate et ministrando
et dirigendo / qr status religionis e
ordinatus ad pfectionem caritatis co
seqndam q no solum consistit in dilectione
dei sed et proximi. Unde quamuis religiosi
proprie debeant intendere ad hoc
q deo vacent / tamen si necessitas immineat
possunt apponere negociis ex caritate
agere. Ipsi tenentur autem laborare
pp victum querendum cum ex alijs possunt
victum habere / nisi forte tenentur ex regula
laborare / et similiter si habent alias
occupaciones maiores ut pp bonum
commune no tenentur laborare / similiter nec
pp ocium vitandum ut maceracionem
corporis tenentur laborare / qr ocium possunt
vitare p oracionem ut p silencia / corpus
aut possunt macerare p abstinenciam
Tenentur tamen omnes laborare ad dandum
elemosinas in eo casu in q dare est
etiam in precepto. Ut dixi vero
Elemosina. Possunt aut tam clerici
q religiosi viuere de elemosinis q diuino
cultui insistunt ratione cuius eis
dantur elemosine. alioquin no possunt
licite vti elemosinis. Verum tamen

quod religiosi qui sunt in extrema necessitate ut ita infirmi quod non possunt laborare ut si deest eis sufficiens victus ut si indigent delicatis nutriri propter conservationem sanitatis licite possunt uti elemosinis vel si exhibent aliquod spirituale vel temporale prout si predicent auctoritate prelatorum ut sunt ministri altaris vel si insistunt studio sacre scripture ad utilitatem totius ecclesie vel si bona temporalia que habuerunt dederunt monasteriis possunt licite de elemosinis monasterii ut aliis vivere et si laborare non velint. Nec est dicendum cum monasterio talia contulit quod omnium pauperum una res publica est. Contra tamen si aliqui religiosi qui sine utilitate vel necessitate quia aufert vel de elemosinis ociose vivere que dantur pauperibus hec est eis illicitum.

Religiosi et alii autem possunt mendicare non ut divites fiant et ociose vivant sed cum non habent unde alias sustineri et cum id propter utilitatem faciunt ut si studio possunt insistere ut aliquid facere quod non possunt sine eo perficere sicut est fabricare ecclesiam. Sed tamen possunt mendicare propter humilitatem dummodo non habeant intencionem corruptam.

Pertinet ad religiosos vilibus indui vestimentis. Ita vilia vestimenta signum testificia penitencie et contemptus diviciarum et mundane glorie. Religio autem est status penitencie et contemptus diviciarum et mundane glorie. Ad religiosos non pertinet vilibus indui vestimentis et hoc ad finem humiliacionem et in aliorum exemplum. Contra tamen ea deferat ad inanem gloriam est culpabile et similiter si ex avaricia ut ex negligencia. Sancti Thomae q. 62. ar. 1

# Restitucio est actus

Cuiusdam iusticie. Nam restituere est aliquem iterato statuere in dominio sive rei quod pertinet ad iusticiam et equalitatem quam includit. Et quod iustum facere est de necessitate salutis ideo restituere iniuste ablatum est de necessitate salutis. Et non in genere quod sic qui dat causam dampni tenetur restituere ita et qui dat causam dampni in totius et quod multis modis potest aliquis dare causam dampni. Ut patet per hos versus: Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus, participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Iussio. Qui iubet tenetur principaliter ad restitucionem tocius quia est principaliter movens. Intellige quod probabiliter credit de sua iussione secutam rei ablacionem ut suo nomine factam rapinam habuit alias non tenetur.

Consilium quod dans ad hoc consilium

tenetur ad restituendum non tamen semper
sed tantum quantum probabiliter estimari
potest quod per eo fuit iniusta acceptio
subsecuta // Consilium et eo scilicet sine quo
iniusta acceptio fieri non potest / et iste
tenetur semper ad restituendum / ut dictum est. scilicet
cooperatione / et hoc si tamen cooperatur quod sine
eo non fieret dampnum, ideo tenetur in solidum
si vero et sine eo fieret restituat quantum
nocuit / sive per se sive per familiam
suam aut quantum de rebus suis habuit
aut expendit Unde quamvis hic non socii
sed restituat pro rata / quando non potest
distingui quis quid fecit ut etc. qui
strenuior fuit / et maiorem
timorem hostibus incussit plus
restituat // Si autem aliquis vadit
cum hostibus non cooperando nec aliquid
recipiendo in nullo tenetur / caveat tamen
conscientie sue / si paratus fuit socios in
periculo defendere Vel si adversarii
propter eius presentiam se non audebant
defendere // Palpo .i. adulator
et iste non semper tenetur / sed tantum quantum
probabiliter estimari potest / quod ex ipsa
adulatione que decepit ipsum raptorem
esse strenuum fuit iniusta acceptio
subsecuta / idem per oppositum intelligas
de detractore vel vituperatore // Re-
ceptor vel receptator .i. quando aliquis
est receptor latronum furum vel predo-
num / et tuetur eos cogantur restituere
vel dolo malo celat rem raptam

vel furatam ita quod ex hoc impeditur
restitutio talis tenetur in solidum // Se-
participans .i. qui malefactoribus se
sociat ad spoliandum hic non tenetur
nisi quantum ad eum pervenit vel quantum nocuit
causaliter vel occasionaliter / suppositis
tamen hiis que predicta sunt de consilio. Vel
participans in re accepta iste solum
tenetur restituere quod accepit / et si hoc
sciens emit vel accepit Secus
si ignorans Nam .n. emit de fur-
to vel rapina sciens vel probabiliter
credit vel mala fide emit propter
cupiditatem tenetur restituere / nec
excusatur per alienationem vel mortem
rei vel quia furtiva ablationem / quia
furtum committit contrectando rem
invito domino / et fur semper est in mora
restituendi Unde nec precium potest ab
eo repetere cuius res est nec expensas
quas circa ipsam fecit / nec etiam a venditore
obstat enim turpitudo sua et tenetur
restituere fructum si quos ex re ipsa percepit
Et similiter intelligendum est per quascumque
manus res ipsa pertranseat Si tamen primus
raptor restituat ceteri liberantur / sed
debent liberatori pro rata recompensare
vel in pios usus erogare Si tamen aliquis
emit rem raptam ad profectum eius cuius
fuerat potest repetere precium et expensas
et si non invenit dominum rei eroget
quod superest in pias causas Si autem aliquis
emit rem raptam ignorans et bona
fide non tenetur in aliquo durante
bona fide Si autem postea scit rem
raptam potest retinere expensas quas

fecit bona fide durante si non
habeat eas ex fructibus rei Item non
tenetur de fructibus perceptis et consumptis
dum erat bone fidei Secus si
extarent quos recepit mala fide
tenetur et restituere rem si habet sin autem
tenetur tamen de lucro scilicet in quo locupletior
factus est Et si durante bona fide
res periit non tenetur et idem si alienat
Quid autem tenere credebat et de
iusto non probabiliter Vel ignorabat
ignorantia crassa et supina ut per fatuam
simplicitatem nichil super hoc cogita-
bat tenetur ad restitucionem Pro de-
claratione dictorum nota quod raptor et qui ab-
emit rem raptam aut est dominus aut
est subditus Si est dominus et iustum bellum
exercet tunc quod quis rapit ab hostibus
suum est quousque sibi satisfactum sit de
omni dampno et interesse ut donec
ipse hostis offert ius et velit satis-
facere nec debet exerceri contra innocentes
et expoliatores eorum Item subditi
nota qui dominum suum in bello illicito nolunt
iuvare gratis vel timore agentis illici-
to non sunt spoliandi Secus si iuvat
et per metum humanum et mandato coacti
Quid tamen percipiat dominus in bello iusto
raptis non tenetur ad restitucionem
Si autem ille sit subditus ut cum
subditus movet bellum pro domino sibi
mandante vel sciat bellum iustum tunc
non tenetur vel sciat iniustum et tunc tenetur
vel dubitat et tunc et non tenetur quia ex-
cusatur per bonum obediencie Amici autem
et stipendiarii non excusantur

in tali dubio Sed quid faciet uxor
vel familia raptoris Dico quod
de rapina vel non debet comedere
sed de aliis iustis bonis debet comedere
si sunt ibi Alias aliunde
victum sibi querat vel ab amicis
vel laborando manibus suis vel
hostiatim mendicando Si autem bona
iusta et iniusta sint permixta et
maritus non est solvendo non come-
dat alias potius comedere non tamen
intencionem in iniusta In extrema tamen
necessitate potius de omnibus comedere
sicut et quilibet alius Tenetur tamen re-
stituere cum ad pinguiorem fortu-
nam venit Prius autem mulier
in spe sit de rapina ut de omne
rapta comedere non debeat nisi in
ultima necessitate ut est dictum Secus tamen
est de re empta cum illa rapta
re vel furtiva Quid de cognitus
id est qui videt fieri et dolose tacet
qui et solo verbo impedire posset et non
facit Non obstans id est qui fieri pos-
set resistere sine suo periculo et non
facit Non manifestans id est qui scit
ubi res rapta vel furtiva est
et non indicat et eo de hoc requirit
nullus horum tenetur restituere nisi ex
officio teneatur ut scilicet reclamet
vel obstet vel indicet Custos enim
tenetur reclamare princeps latrones ex-
stirpare quia ad hoc habet suos reditus
Unde si non faciat cum possit et de-
beat tenetur ad restitucionem testis enim tenetur
ad ferendum testimonium veritatis

cum requirit. Ut dixi vocabulo testis. Sciendum vero ultra circa restitucionem quod impediens alium quin consequatur aliquod beneficium vel munus cuiuscumque quod licite et honeste recepisset si hoc fit iniuste, puta propter nocumentum illius aut odium tenetur ad recompensacionem pensatis condicionibus personarum et negocii secundum arbitrium sapientis considerata certitudine vel probabilitate maiore vel minore de habendo illud beneficium si non impeditus fuisset. Secus autem si bona intencione fuit ipse impeditus puta quia non dignus ut illicite accepisset, vel quia melius ad honorem dei. ¶ Item autem aliquis ex odio eligit ad aliquam dignitatem tenetur ei ad omne dampnum quod exinde ei accidit .d. Ae. honoratus in glossa. Item cum fraudatur aliquis re sua cum plus valuit secundum communem forum si eandem mensuram restituat alio tempore cum minus valet quia in maiori precio eum dampnificat tenetur hoc supplere. ¶ De restitucione nocumenti quod est propter homicidium ut mutilacionem. Dixi vocabulo homicidium. Item alicui dampnum infert qui non solvit debitum suo tempore tenetur aliquam recompensacionem facere. Et nota quod quicumque tenetur aliquid restituere statim tenetur hoc facere, quia sicut accipere rem alienam est peccatum ita et contra iusticiam ita retinere eam quia per hoc impedit eum ab usu rei sue, et sic ei infert iniuriam, et ideo non optineat ab eo dilacionem. Excusatur tamen si est omnino impotens ad solvendum debet tamen remissionem vel dilacionem petere ab eo cui debet per se vel per interpositam personam. Si autem non est omnino impotens sed tamen sine magno periculo non potest solvere petat dilacionem ut assignet redditus per successivam solucionem quia si optinere non poterit tenetur statim vendita hereditate satisfacere quia fur et raptor semper sunt in mora et ideo semper augent peccatum. Si autem persona cui est restitucio facienda est in remotis partibus vel nescitur ubi sit nec speratur quod de facili possit sciri debet dari pauperibus de consilio episcopi vel confessoris, et maxime debet fieri restitucio in villa ubi dampnum fuit illatum ut dyocesi, et hoc si commode fieri potest. Si autem persona cui fieri debet restitucio possit sciri debet ei dari ut mitti. Si tamen in mittendo fierent nimie expense propter loci distanciam tunc non oportet mittere sed in pios usus duci secundum arbitrium discreti confessoris. Et generaliter restitucio semper est facienda spoliatis ut eorum heredibus si possunt haberi, aliter ut dictum est debet dari pauperibus. Et nota quod intelligitur satisfactum ~~eo~~ eo quo ex quo ex corde remisit dampnificatus seu donavit. Et hec donacio seu remissio ex quo sponte et plene exprimitur non revocatur. Et credo quod oporteret ipsum cui debet fieri restitucio scire quod omne dampnum posset habere si vellet et ipsum debitorem habere intencionem totaliter dandi si non haberet remissionem

qz q cu modico vellet pagare
illos quib9 i multo te'/ 7 illi haberent
se p pagatos/ qz sciret q non
possent plus habere/ credo q non
esset in bono statu salutis. Hec
igr de restitucione generaliter dicta suffi
ciant/ qz profundas perscrutaciones
in hoc opusculo vitare intendo

## Reuelacio

Non fiunt excitacio pro
dampnis occultis contra eos qui
fecerunt vel sciunt de hoc aliquis
non reuelauerint/ intelligenda
est hec sententia de reuelacione facienda
coram prelato/ licz nec illi debeat
reuelare publice vel occulte si solus
scit. Si vero tale quid ~~probabiliter~~
probare possit coram prelato reuelare
publice q sit de 1° ff 7 ex persone
personas p q̃s probari possit. Et tunc
prelatus procedat discrete ne maius
malum insurgat. // Nam aliquis
dns facit iurare seruos suos
ut sibi dicant de adulterio uxo
oris sue/ si sciunt uel de ablacione
rerum suarum vel de filiis/ tunc
serui non tenentur dicere nec possunt
probare .34. q. 6. Epc i synodo
Alii tn distingunt/ sz credo q
istud sit tucius. Et non videtur q
de secretu alterius est sciendum
hoc .n. de lege naturali/ qz vnusquisqz
secundum rectam racionem desiderat secretum
suum celari cum per hoc possit bonum nomen
suum perdere/ quilibz 7 secundum rectam racionem
et legem naturalem tenetur non perdere eum qui de se
confidit. Et ideo quicumqz prodit secretum
alterius/ sibi in secreto commissum peccat
mortaliter tamquam faciens contra legem
naturalem. Voco autem secretum non solum
id q revelans petit expresse se
crete teneri sz eciam q ex natura rei
est tale/ q secundum rectam racionem est ce
landum/ licz non exprimatur. Hec h. q. ei. m. i.

## Rixa

Dicit Isidorus
in frib et notat quoddam priuatum
bellum q agitur non ex auctoritate
principis/ sz ex inordinata voluntate. Et
ideo semper est peccatum 7 est peccatum mortale
in eo qui alterum inuadit iniuste/ qz in
ferre nocumentum proximo in opere manu
ali non est sine peccato mortali. // In eo
autem qui se defendit quandoqz sine peccato
est/ ut si animo repellendi iniuriam
sibi illatam cum moderamine debito
se defendat quandoqz cum peccato ve
niali ut cum se defendit animo vindicte
vel odii vel cum excessu debite mo
deracionis/ ita tn q iste motus
est leuis vel cum debita moderacione
non multum excedit. Quandoqz autem est
mortale/ ut cum obstinato animo in
pugnatorem insurgit ad occidendum
eum vel grauiter ledere. Est autem rixa
filia ire/ nam rixa importat animum
ledendi alium ipso sciente 7 repugn

nante. Occulte .n. ledere magis
ptinet ad odium/ sed aut apparenter ptinet
ad iram quia appetitus vindicte
iratus .n. non agit latenter sed vult
eum scire quod impugnat quia vult quod
contra voluntatem suam aliquid patiatur in
vindictam eius quod fecit. Summa Theologiae 2a 2e q. 99 ar. 1.

## Sacrilegium

Est sacre rei violatio vel usurpatio. Et dicitur sacrilegium ratione persone/ ut cum quis
verberat clericum vel religiosum.
Secundo ratione loci/ ut cum ecclesiam
sacram vel cymiterium violatur/ quia
ratione rei/ et hoc triplex. s. aufferendo
sacrum .i. sacratum ut sacramentum vel usum deputatum de sacro ut sacra/ de non
sacro vel non sacrum de sacro. Largo tamen dicitur sacrilegium committere
qui articulos fidei ut precepta
vel prohibitiones negligendo vel nesciendo violat vel offendit. Item
qui disputat de iudicis principis
vel iudicat. Et hoc non eundem
constet iudicio esse contra deum. Item qui
publice committit officium iudicis. Item
qui rem datam ecclesie tenet vel accipit contra eius voluntatem. Et nota quod tanto
gravius sacrilegium est gravius peccatum
quanto res in qua peccat maiorem
optinet sanctitatem. Et pena pro
sacrilegio in persona clerici vel religiosi commissio est excommunicatio
maior ipso iure/ exceptis quibusdam casibus/ ut qui incendit
vel frangit ecclesiam/ quia tunc est
maior excommunicatio. Secundum
leges tamen qui committit sacrilegium
capite punitur. Sed secundum summam credo
qui pena sanguinis non infligitur
adhibetur pena pecuniaria ut sic
a peccato desistat qui non satis per
excommunicationes punitur. Ergo qui .n. sacrilegus fecit irreverentiam sacris
non videtur sibi alia pena infligenda nisi
ut sit a sacris exclusionem.

## Sacrificium

Summa Theologiae 2a 2e q. 85 ar. 1.

Deo offerre est de lege nature.
Ratio .n. nature dictat hominem debere ei subici a quo bona recepit
et cum reverentia/ ipsam quod reverentiam
signis exterioribus ondendo quod magis
competit homini. Verum dei a quo omne bonum
quod habet accepit. Et maxime cum
ipsius natura requirat per visibilia
tendere in invisibilia. Et quod
sacrificium exterius est signum sacrificii interioris quo deus honoratur
ut primum principium creationis et
ultimus finis beatitudinis qui in solo deo
invenitur/ ideo soli deo est offerendum
sacrificium exterius. Et vero actus
omnium virtutum ut ad deum relati possunt
dici sacrificia/ communius singulari nomine
talia dicuntur sacrificia qui non habent laudem alicuius nisi quod sunt propter divinam
reverenciam ut sunt actus religionis.
Et nota quod ad sacrificium interius